



Kem 491 (1-11)

(10)
DANIEL WILHELMVS NEBEL,

PHIL. ET MED. DOCTOR, MEDICIN. CHEMIAE ET PHARMACIAE
PROFESSOR PUBLICVS ET ORDINARIVS,
Academiae Electoralis Scientiarum Theodoro-Palatinae Socius,
ORDINIS MEDICI H. T. DECANVS,

AD

DEFENSIONIS IN AVGVRALIS

E.T.

PROMOTIONIS ACTVM

QVO

DOCTISSIMVS LAVREA MEDICAE CANDIDATVS

GWILHELMVS LVDOV. HOFFMANN,
VM STADIENSIS,

HEIDELBERGAE

DIE 28. AVGVSTI MDCCCLXXXII.

IN AVLA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI
DOCTORALIBVS INSIGNIIS CONDECORABITVR,

INVITAT

PRAEMISSA OBSERVATIONE

*De Vlcere prope Vmbilicum sinuoso, in ventriculum penetrante,
ex quo alimenta effluebant.*

THEATRUM PHILOSOPHICUM

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.

THEATRUM PHILOSOPHICUM

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.

ANNO MDCCXVII. IMPRIM. ET EDID. BY J. G. FISCHER.

IN FRONTE ALEXANDRIENSIS LIBRARIA.

AD EDITIONES DECOLOGIA.





O B S E R V A T I O

*De Vlcere prope Umbilicum sinuoso, in ventriculum penetrante,
ex quo alimenta effluebant.*

Femina quadraginta quinque annorum a prima juventute vitam agebat laboriosam; diuturnitate laborum domesticorum duriorum defatigata & enervata, a multis retro annis s̄epius spasmodicis ventriculi affectibus labrabat, qui tamen subinde penitus remittebant, ceterum sana erat, statoque tempore catamenia fluebant. Die 26. Novembris anni 1776. nupsit Civi hujati; continuabant interdum prædicti affectus ventriculi: gravida facta, durante graviditate, præter dictos ventriculi dolores satis bene valuit. Die 11. Maii 1778. filium peperit sanum robustumque, in puerperio omnia rite succedebant: infantem per integrum annum lactabat, qui semper sanus erat & adhuc vivit. Initio circiter Julii anni 1779. tumorem sentiebat durum in regione epigastrica & hypochondriaca dextra; aucta licet tum magnitudine tum duritie tumoris, tacite tamen mali incommoda sustinuit, nec quidquam consilii aut remedii tentavit: successive demum totam regionem umbilicalem & maximam partem dextri lateris abdominis occupante tumore, ægrotæ nunc adeo molesto, ut perpetuo lecto teneretur, ego die 11. Augusti 1779. in consilium vocabar. Omnibus rite examinatis præter jam adnotata, sequentia observavi. Aegrota debilis admodum erat, pulsus frequens & parvus, alvus s̄æpe per tres quatuorve dies constipata, aliquoties de die Lipothymis corripiebatur, respiratio ut plurimum tamen facilis erat, maxime autem de pondere & pressione tumoris infimi ventris, quæ suffocationis metum ægrotæ injiciebant, conquerebatur: hujus inprimis miseræ levamentum unice & anxie efflagitabat. Mox igitur emollientia clysmata applicare, & cataplasma ex speciebus emollientibus paratum tumor super imponere jussi atque medicamentum leniter evacuans præscripti. Nata inde fuit magno cum levamine ægrotæ lenis diarrhœa, umbilicus emollitus fuit paululum per-

cata-

* * *

cataplasmata, ut prominuerit, & brevi post ibidem per parvum cutis hiatum purulenta effluxerit materia, de reliquo autem ipse tumor nec imminuebatur nec emollebatur. Extractum cicuræ, resolventia alia medicamenta, roborantibus juncta adhibuimus, sed incassum omnia, in dies enim vires magis magisque decrescebant quod eo minus mirandum, quia ægrotæ, medicamentorum mox fastidiosa, iis justa quantitate atque præscripto ordine ac tempore uti recusabat, imo subinde per plures dies plane nulla sumebat. Iam quoque ad distantiam duorum pollicum ab umbilico sursum in dextro latere sponte ulcus extrorsum aperiebatur, ex quo paululum materiæ purulentæ effluebat: ex eo tempore successive pedes tumere incipiebant, postea & facies, & tandem dextra manus, ast tumor durus in regione epigastrica & umbilicali atque maxima parte dextri lateris abdominis semper mansit idem; versus vesperam gravior erat febris accessio, per noctem multo sudore, corpus admotum debilitante, manavit. Ex levi apertura in umbilico nihil, ex ulcere autem prope umbilicum aliiquid materiæ purulentæ, sapis vero ichorosæ profluebat, tandem etiam animadvertebatur comesum olus ex hoc ulcere prodiisse, simul ut hoc mihi indicatum fuerat, statim ut me de phænomeni hujus veritate certiore facerem, ulcus, quod linteo carpto necessarioque vinculo tantum tectum erat, denudavi, atque ægrotæ nostræ vasculum lactis epotandum dedi, quinque circiter minuta post lac ex ulcere cum impetu profluere vidi, idem cum oxygala, aqua, aliquique fluidis aliquoties tentavi, simili cum eventu, imo aliiquid de comeso olere paulo post ex ulcere protrusum ipse vidi, aliquoties etiam sanguinem congrumatum: interim alterno die alvum exoneravit ægra urinamque reddidit. Tandem vero tot miseriis confecta placide exspiravit die quinto Novembbris 1779.

Multa adhibita opera tandem nobis concedebatur abdomen demortuæ incidendi. Primo externum habitum examinavimus & sequentia observavimus: abdomen non tumidum erat, ast regio epigastrica & umbilicalis & non nullæ regiones inprimis dextri lateris erant induratae; in parvam aperturam, quæ in umbilico erat, penetrabat quidem immisum specillum, sed non profunde, cystis enim quasi erat circa umbilicum: verum immisso specillo in

ulcus

❧

ulcus, quod ad distantiam duorum pollicum ab umbilico sursum in dextro latere erat, sub musculis & supra peritonæum penetrabat sursum versus cartilaginem Xiphoidem, ostium ulceris sphacelosum erat & adeo latum, ut apicem digiti admitteret: immisso in hoc ulcus sulcato specillo sinum longitudinaliter aperuimus vidimusque in regione ventriculi penetraffe peritonæum & in ipsum ventriculum se determinasse. Ut viscera abdominalia examinare potuerimus, consueta cruciata sectione abdomen aperuimus, mox detestabilis fœtor cadaverosus prorumpet, & nigricans humor effuebat; musculi abdominales, in primis recti, erant quasi indurati; inferior pars lobii sinistri hepatis & totus dexter lobus hepatis erant scirrhosi; intestinum duodenum totum scirrhosum erat, similiter & colon; reliqua intestina bene constituta; glandulæ mesentericæ justo maiores durioresque; pancreas valde magnum & induratum; arcus major ventriculi similiter induratus erat; in ventriculo ulcus erat ad distantiam unius cīciter pollicis a pyloro, quo in loco ventriculus peritonæo accretus erat; ulcus hoc ventriculi communicationem habuit per sinum infra musculos & supra peritonæum recurrentem cum ulcere supra descripto, quod ad distantiam duorum pollicum ab umbilico sursum in latere dextro extorsum apertum erat, per quod magna pars alimentorum effluxit; supra cardiam magna glandula inveniebatur, qua pollicem unum cum dimidio lata & tres pollices longa erat. Hæc sunt præcipua quæ ob temporis angustiam examinare poteramus. Thoracem incidendi nobis non concessum erat.

Sufficient hæc præfationis loco occasione invitationis publicæ ad Disserationem inauguralement & actum promotorium

DOCTISSIMI LAVREAE MEDICAE CANDIDATI

GVILIELMI LVDOVICI HOFFMANN,

VMSTADIENSIS,

qui artem medicam, cuius fundamenta Göttingæ jecit, per biennium diligenter Heidelbergæ prosecutus est. Ad praxin clinicam tam per quadriennium

sub

* * * * *

sub ipsius Patre, Clarissimo Medicinæ Doctore HOFFMANN, Archisatrapiarum Vmstadii & Otzbergæ Physico ordinario, quam & Duce Celeberrimo hujus Dissertationis PRAESIDE se applicavit. Porro Mannhemii per medium annum & arti obstetricia operam navavit, & nosocomium militum frequentavit. Denique exteris in terris per aliquot annos peregrinando suos in arte medica profectus amplificare studuit. In nostram academiam redux consuetis Examinibus publicis Facultatis nostræ se submisit, in quibus cum omni ex parte satisficerit, dignus a nobis judicatus est, ut, præmissa lectio ne cursoria de Longævitate acquirenda atque dissertatione inaugurali, de Constitutione epidemica Heidelbergensi a Septembri anni 1781. ad finem Junii 1782. una cum succincta enarratione Catarrhi hujus anni epidemici, sub præsidio Collegæ nostri Clarissimi SCHOENMEZEL propugnata, doctoralibus Insigniis, hujus gradus prærogativis & privilegiis ex decreto Inlytæ Facultatis Medicæ & autoritate Illustris PROCANCELLARII condecoraretur, præmissis quæstionibus inauguralibus

Clarissimi Promotoris:

Quænam Medicina universalis?

Neo - Doctoris:

Quæ sint signa mortis diagnostica?

Quem actum ut præsentia sua condecorent, Magnificum Academiae Rectorem atque Illustrem Procancellarium, gravissimos Senatus Academicorum Proceres, Hospites omnium ordinum honoratissimos, in primis generosissimos ac nobilissimos Academiae nostræ Cives, ea, qua par est, humanitate inxitamus.

Datum Heidelbergæ die 28. Augusti 1782.

(L.S.)

PICA

(17)

DANIEL WILHELMVS NEBEL,

PHIL. ET MED. DOCTOR, MEDICIN. CHEMIAE ET PHARMACIAE
PROFESSOR PVBLICVS ET ORDINARIJS,
Academiae Electoralis Scientiarum Theodoro-Palatinae Socius,
ORDINIS MEDICI H. T. DECANVS,

AD

DEFENSIONIS IN AVGVRALIS

ET

PROMOTIONIS ACTV

QVO

DOCTISSIMVS LAVREAE MEDICAE C

GVILHELMVS LVDOV. HO

VMSTADIENSIS,

HEIDELBERGAE

DIE 28. AVGVSTI MDCCCLXXX

IN AVLA ACADEMICA NOVI WI

DOCTORALIBVS INSIGNIIS CONDEC

INVITAT

PRAEMISSA OBSERVATIONE

De Vlcere prope Vmbilicum sinuoso, in ventri
ex quo alimenta effluebant.

